

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Censvris, In Qva Sex Dispvtationibvs De Poenis Ecclesiasticis, déque
Irregularitate fusè tractatur, cum Indicibus necessariis

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

2. Qualiter interdictum cesset, absolutioneue indigeat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76667](#)

Quod si de peccatis ferendis ob violationem interdicti loquuntur arbitrio iudicis spectata delicti qualitate, relinquuntur. Cap. autoritate de Privileg. in 6. Clerici interdictum locale violantes, beneficiis priuandi sunt. Cap. postulatio. §. quiescens de clericis excommunicatis ministrante. Sicut tradit Panormitan. ibi num. 5. Couartus cap. alma. 2. part. §. 2. numero 2. Sayrus lib. 5. cap. 14. num. 7. Verum ut recte aduerterit Suar. disp. 34. sect. 4. num. 27. Sayrus num. 8. haec peccata priuationis beneficiorum, non debet executione mandari, nisi ipsi violatores interdicti post monitionem sub excommunicatione, rebellibus extiterint. Ut colligitur ex cap. clericis, iuncta Glossa ibi, verbo ministris, de clericis excommunicatis. Religiosi vero, & moniales ob huiusmodi delictum in actiona monasteria sunt detinendi, ex dicto cap. postulatio, de clericis excommunicatis ministrante.

Tamen violentibus interdictum quod sepulturam Ecclesiasticam, eo quod in loco interdicto aliquem sepeliant in cibis non permisum, vel interdictum in loco non interdicto Ecclesiasticam tradant sepulturam, excommunicatione maior imponitur in Clement. 1. de Sepultris. Et est eadem excommunicatione qua lata est aduersus sepelientes excommunicatos in loco sacro. Requiritur tamen (ut spes dixi) interdictum denunciatum esse. Semel tamen sepultus interdictus vel non interdictus in loco sacro exhumandus non est, nisi forte impotenter constituentur decollati. Sicut tradit Suar. disput. 3. §. sed. 1. numero 20. Sayrus lib. 5. cap. 8. numero 22. vbi plures referuntur.

Ex supradictis infernur qualis communicatio cum interdictis prohibetur. Solum enim prohibita est communicatio in sepultura, ne scilicet interdictos denunciatis Ecclesiasticis tradant sepulturam, vel non interdictos in loco interdicto sepeliant; à nulla alia communicatione in diuinis cum interdictis laici prohibentur. Clericis vero interdicti, nec coram non interdictis in loco interdicto. Quod si regimen Ecclesie habeantur, debent tam interdictos à loco non interdicto, quam non interdictos à loco interdicto expellere, cum diuinam celebrantur. Argum. c. Non est vobis, de Sponsalibus.

PUNCTVM VII.

Derelaxatione Interdicti.

§. I.

Qualiter Interdictum suspendi ad tempus, vel quoad aliquem effectum possit?

1. Potest interdictum suspendi ad tempus ab eo qui interdictum tulit.
2. Quoad aliquos effectus manente interdicto, suspendi interdictum posse restituantur plures.
3. Probabilius est oppositum.
4. Satisfacti contraria.

Suspendi interdictum ad tempus ab eo qui interdictum tulit, non est dubium posse; nam cum potestatem habuerit apponendi, & tollendi absolute interdictum, à fortiori potestate illud pro aliquo tempore suspendere, nam illa suspensio est interdicti subtilatio, & tacita illius impositio. Sicut ex communione docet Henr. lib. 13. cap. 51. num. 4. Aula 5. p. disp. 6. dub. 1. Paul. Layman. lib. 1. sum. tract. 5. par. 4. cap. 5. n. 3. ver. 4. Galp. Hurtado de interdicto difficult. 16. n. 50. Coninch. diff. 1. dub. 6. n. 78. & alii.

Quoad aliquos vero effectus suspendi posse manente interdicto testantur plures Doctores in. ad hoc de appellacionib. quo sequitur Couartus cap. alma. 2. p. 8. 1. num. 4. Nauarr. c. 27. n. 16. 5. Sylvest. interdictum 3. q. 8. Angel. codem 8. num. 3. Suar. disp. 3. 8. sed. 3. num. 5. Henr. lib. 13. cap. 51. num. 4. indicant. Coninch. & Layman. sylva. & probabile reputat Aula 5. p. disp. 6. dub. 4. conclus. 1. 2. & 3. Probat ex cap. dilectio filii de appellatione. vbi Decanus quidam sententiam interdicti tenet, eius effectum ad tempus decreuerat suspendendum. Ergo non solum à Pontifice, sed ab eo qui sententiam interdicti tulit, potest interdictum suspendi quoad aliquos effectus, manente interdicto quoad alios.

Ceterum esti supradicta sententia communis sit, probabiliter exstimo que affirmat neminem alium à Pontifice effectus interdicti, manente interdicto suspenderi posse. Sicut docuit Panormitan. in capit. ad hoc de appellacionib. Aula diazo dub. 4. concl. 4. Gaspar Hurtado de interdicto difficult. 16. n. 50. Et ratio videtur manifesta, nam effectus interdicti sunt interdicto ex iuris dispositione annexi, immo in ipso iuris priuatione interdicti effectus à Pontifice constituta est, at nemini alteri à Pontifice datum est Pontificis dispositionem mutare. Ergo.

Et explicio vel interdictum est locale, vt personale. Si locale est interdictum, locus redditus incapax, vt in eo diuina sicut prius peraguntur. Quod adeo verum est, vt fore omnes Doctores docent perseuerante interdicto non posse iudicem ibi diuina celebrare, quia & quod ipse ac alij interdicti lege ligatur, siquidem appositio interdicto ligatur lege à iure communi inducta. Ergo signum est effectus interdicti suspendente non posse.

Eadem ratione probatur de interdicto personali, à cuius effectibus eximi nullus potest, nisi ab interdicto eximatur, quia non ab alio, quā à Pontifice effectus interdicto annescuntur. Factor tamen posse iudicem partem interdicti suspendere, & priuare, interdictum diuinorum officiorum assistentia tantum, vel celebrazione, vel sacramentorum receptione. Sed hæc priuatione non est interdictum censura, sed quedam penalis prohibitio ab interdicto distincta.

Neque his obstat Textus in cap. dilectio filii de appellacionib. quia ibi non approbatur à Pontifice posse suspensi sententiam interdicti à Decano latam, maximè quod aliquem effectum, manente sententia quoad alios, sed solum dicitur ipsum allegasse voluisse suspendere effectum interdicti, qua voluntate durante si verum est posse fieri, indicat Pontifice per appellationem suspensi, neque posse viterius procedere, & ad pristinum statum sententiam reuocare. Omitti solutionem primam Glosa, quæ assert illud interdictum fuisse sub conditione, vel in diem prolatum, & cùm appellatio interposta fuerit ante diem conditionis non potuit, neque debuit Decanus ferre, vel exequi interdicti sententiam.

§. II.

Qualiter interdictum cesser, absolutione indigerat?

1. Interdictum appositum pro limitato tempore, vel sua aliqua conditione, cessat finito tempore, vel conditione apposita.
2. Ante finitum tempus, vel conditionem appositam absolutione indigerat, & quis posset illum praestare.
3. Cessat interdictum absque absolutione destructo subiecto illius.
4. Interdictum absolue latum in contumaciam, recedente contumacia absolutione tollitur.
5. Interdictum locale nullus tollere potest, nisi iurisdictionem Episcopalem habeat in illum locum.
6. Idem est de interdicto generali personali.
7. Interdictum personale speciale non resorvarum à quo relaxetur.
8. Si resorvarum sit nullus alias præter ipsum cui est facta reservatio vel illius superiorum absoluere poterit.
9. Absoluto ad causelam non habet locum in interdicto generali loci.
10. Interdictum nunquam relaxandum est, quin principalis delinqiens satisfactionem offerat.
11. Nulla est forma praescripta in interdicti relaxatione.

I. Interdictum appositum pro limitato tempore, vel sub aliqua conditione eo tempore finito, vel conditione apposita cessat ab illo que alia absolutione, vt est communis sententia Glosa in cap. non est vobis, verbo donec. Et ibi Panormitan. n. 7. Sylvest. Sylvest. verbo interdictum 3. q. 9. Henr. lib. 13. cap. 47. num. 1. & cap. 50. num. 4. Vgolius. lib. 5. c. 4. n. 3. & cap. 23. n. 3. Sayrus lib. 5. sylvestri. c. 5. num. 2. Aula 5. p. disp. 6. dub. 1. Suar. disp. 3. 8. sect. 1. num. 3. & seqq. Coninch. disput. 17. dub. 6. conclus. 1. Layman. lib. 1. sum. tract. 5. par. 4. c. 5. num. 1. Bonac. de interdicto disp. 5. p. ult. n. 1. & alii.

Vt autem ante finitum tempus, vel conditionis positionem tollatur, absolutione seu dispensatione indigerat, quam praestare nequit aliis præter illum qui interdictum tulit, seu eius superior, vt tradunt Doctores communiter in c. si omittas. & c. si sententia de sententia excommunicationis interdictum, quod non est verum, c. si locus Ecclesie interdictus est, quia tunc manerit solum, & purum est. Bonac. locis allegatis. Idem est dicendum de interdicto late in puram personam, etiam si absque villa limitatione latum esset, quia c. si sententia iudicis, quam inferior mutare nequit. Vt aduerterit Nauarr. c. 27. num. 6. 2. Suar. disp. 3. sect. 1. num. 2. Galp. Hurtado de difficult. 16. de interdicto. num. 49. Ex facultate autem concessa in Conc. Trident. sess. 2. 4. cap. 6. de reformat. optimè poterit ab hoc personali interdicto Episcopus absoluere, si delictum ob cuius cauam appositum est facili occulatum, vt docet Henr. lib. 13. cap. 5. n. 2. Aula 5. p. de censoris. disp. 6. dub. 6. conclus. 1. in fine.

Deinde cessat interdictum absque absolutione destructo subiecto illius, vt si interdictum latum sit in aliquam Ecclesiastiam illa vero omnino destrutatur, cessabit interdictum, quod non est verum, c. si locus Ecclesie interdictus est, quia tunc manerit solum, & purum est. Bonac. locis allegatis.

Q. 4 Bonac.

Bonac. p. vlt. num. 2. Layman. cap. 5. in fine. Idem est dicendum de communis interdicto, si enim hanc omnino extinguit illius interdictum cessabit; quia cessa subiectum cui inesse debet, sicuti praedicti Doctores adiutant. Aliquis nempe Altero de interdicto disp. 1. cap. 3. & Bonac. disp. 5. pun. vlt. num. 3. placet destruta communitate, si aliquis ex ipsa communitate subiicit, interdicto ligari, quia iura communis ipsi perseverant. Argum. leg. sicuti municipij in fine. Quod cuiusque universitatis. Sed rectius reliqui omnes Doctores contrarium docent, quia interdictum communis non ligat singulas personas, nisi quatenus communis partes sunt; at destruta communite pars illius esse non possunt. Neque obstat lex sicuti municipij, quae ad summum probat iura favorabilitas communis si quis ilius communis retinere, non ramus penaliam.

Istud est certum distincta communite manere interdictum illam personam, cuius causa interdictum in communione latum est, quia eius interdictum non solum est commune, sed speciale personale, ut bene adiutat. Suar. disp. 3. seq. 1. n. 3. Coninch. dub. 6. n. 7. Filiuc. trah. 18. n. 118. Bonac. p. vlt. n. 3.

4 Interdictum vero nec pro limitato tempore, nec sub aliqua conditione appossum, sed in contumaciam recedente contumacia, & satisfactione praefita absolutione indiget, ut excommunicatione tradit. Suar. disp. 3. seq. 1. Paul. Layman. lib. 1. sum. trah. 5. par. 5. cap. 5. num. 1. Bonac. disp. 5. pun. vlt. num. 1. Galp. Hurtado difficult. 16. num. 48. & probat Texitu in cap. quaquam à censu in 6. vbi latius censuris excommunicationis, & interdicti aduersus exgentes tributa ab Ecclesiastico personae inquit Pontifex, ne ab excommunicatione huiusmodi absolutionem, vel interdicti relaxationem obtineat, donec exacta plenè relaxerint, & de transgressione satisficerint competenter. Supponit ergo Pontifex interdictum latum ad reprehendam contumaciam absolutione indigere, ut ceteris quamvis contumacia cessaferit. Et ratio est, quia recessus a contumacia non est terminus interdicti, non enim interdictum appossum eti quicquid a contumacia recessum fuerit, sed appossum est absoluere ut a contumacia recedatur. Quare recessus a contumacia non est conditio interdicti, sed finis qui per interdictum obnubendu est.

5 Posito autem necessariam esse absolutionem, explicandum est, a quo praeferi possit? Et quidem si interdictum sit locale sive speciale non reseruatum, nullus alius praeferi habentem iurisdictionem. Episcopalem in ilium locum relaxare potest, eo quod ad hunc actum iurisdictione fuit contentiose requiratur. Quod vero hic posse colliguntur ex 6. Nuper de sentent. excommunicat. ibi: Quid legislator non seruavit, alii ordinariis iudicibus conciluisse videatur. Et tradit. Gloria in cap. at 6. clerici, verbo minoro, de iudicio. Suar. disp. 3. seq. 2. num. 5. Aula. 5. p. disp. 6. dub. 1. conclus. 8. Henric. lib. 13. cap. 48. num. 3. Filiuc. trah. 18. cap. 4. num. 111. & num. 12. 4. Coninch. dub. 17. dub. 6. num. 7. Bonac. de interdicto. disp. 5. p. vlt. num. 5.

6 Idem dicendum est de interdicto generali personali nullum alium praeferi habentem iurisdictionem in ilian communite relaxare praedictum interdictum, posse non solum absoluere, sed neque quoad singulares personas nam si singulis illius communis relaxari interdictum posset ab alio quam a ferente interdictum; vis & efficacia interdicti eneretur, nam absolutione singulis conciliis, ceteris posset communis interdictum ut adiutat. Suar. disp. 3. seq. 2. numero 6. Filiuc. trah. 18. n. 12. 5. Bonac. d. pun. vlt. n. 6. Coninch. dub. 6. n. 7. Paul. Layman. lib. 1. sum. tr. 5. par. 4. c. 5. n. 1. vbi adiutat ex priuilegio concilio Religious absoluendi a censuris interdictum locali, ut personale generale tolli non posse; quia nec locus, neque communis Sacramento Penitentiae subiiciuntur, ob quam causam haec priuilegia conceduntur Religious.

7 Interdictum vero personale speciale non reseruatum, certum est relaxare posse cum ab Episcopatu à Religious habentibus priuilegium absoluendi a censuris, ut ex communis doceat Henric. lib. 13. cap. 4. num. 5. Aula dicta disp. 6. dub. 2. Layman. cap. 5. num. 2. De Patrocho, aliòve Sacerdote proprio est difficultas, an hoc interdictum relaxare in foro conscientiae possit; Et videatur affirmatiue respondendum: quia hoc interdictum, sicut & excommunicatio priuat absolutione sacramentali, quae est ratio proper quam Doctores concedunt posse parochum ab excommunicatione non reservata absolvire, pricipue quia ratio dispositio in cap. Nuper de sentent. excommunicat. procedit circa hanc censuram non reseruaram. Vnde Gloria in cap. praeferenti de sentent. excommunicat. in 6. verbo generaliter, & equiparat censuras excommunicationis, & interdicti personalis speciale quoad absolutionem. Atque ita docet Suar. disp. 3. seq. 8. num. 9. Coninch. disp. 17. dub. 6. numero 77. Filiucius trah. 18. cap. 5. q. 8. Layman. lib. 1. sum. trah. 5. par. 4. cap. 5. num. 3. Bonac. de interdicto disputat. 5. pun. vlt. n. 6. tamet contrairem sentient Henric. lib. 13. c. 3. 5. num. 2. Say. lib. 5. thes. c. 15. n. 22. Aula. disp. 6. dub. 1. conclus. 2.

Dixi non reseruatum: nam ab interdicto personali speciali reseruato nullus alius praeter ipsum cui est facta reseruatio, vel illius superiori absoluere poterit, ut de se constat.

Ceterum duplicitate hanc reseruatio contingit partim expresse, partim tacite: expresse sit, si verbis expressis absoluere reseruatur; tacite si in aliquam determinatam personam cognitam interdictum lauum sit; qui co ipso persona interdicta iudicata sententis interdictum reseruatur, alias perturbare iudicantis tribunal. Argum. cap. cum ab Ecclesiastico de officio Ordinarij. Et pluribus firmat Sayrus. lib. 5. thesauri. cap. 1. num. 19. Galp. Hurtado difficult. 16. num. 48. Idem est de eo cuius causa interdictum locale, vel personale generale fertur quia, eius speciale interdictum, ex quo ad interdictum loci, vel communis reseruatum est: ut tradit Alerus de interd. disp. 11. cap. 4. col. 5. Bonac. dicta disp. 5. p. 2. num. 6.

Potest absoluere ad cauelam non haber locum in interdicto generali loci ex espresso Texu in cap. praeferenti de sentent. excommunicat. lib. 6. Et tradit ibi. Glosa. Gemianus & Fiacius. Sylvest. verbo interdictum 3. q. 9. num. 14. Nauat. in cap. com. contingat de Rescripto rem 6. num. 7. Couairu. cap. alma. 2. 2. q. 2. num. 5. Sayrus lib. 5. thesauri cap. 1. 5. num. 8. Suar. disp. 3. seq. 2. numero 2. Aula 5. p. disp. 6. dub. 5. conclus. 2. Bonac. disp. 5. pun. vlt. num. 9. & alii passim. Nam ut in dicto cap. praeferenti dicitur, si principalis delinquens allegat iniuste frusse postum generali loci interdictum, & praeferat cautionem de parendo iudicium hoc interdictum solli debet, aut remittit absoluere, vel post aliquam tempore suspendit, antequam de nullitate, vel iniusta consideret. In aliis vero interdictis tum locali speciali, tum personale, vel generali absoluere ad cauelam praeferari potest, sicuti tradit Doctores noper relati, quia absoluere ad cauelam praeferari potest ex se, comparatione omnium censurorum. Cum autem ab hac regula solum interdictum locali generali exceptum inveniatur, cetera omnia interdicta censura sunt comprehendendi. Et de interdicto personali probat Texu in cap. quafrante de appellatione, vbi mandatur absoluere (absolutionem inquam ad cauelam) qui conqueruntur irrationaliter excommunicationi, vel interdicto suppedito eile.

Quod si roges qua de causa absoluere ad cauelam non permititur in interdicto locali generali, bene tamen in aliis interdictis, ea est, quia ex interdicto locali generali non poterit reseruari locus officii diuinis, & sacrificio, siquidem servata moderatione cap. alma mater de sentent. excommunicat. 6. praeferenti lib. ibi postulat: leui est in interdicto locali speciali, cum diuinia ibi celebrari non possint, nisi tantum pro renovanda Eucharistia, & in interdicto personali sive speciali, sive generali, siquidem ratione illius interdictus priuatus sacramentum receptione, & administratione, officiorumque diuinorum celebratus, & assistentia, ut adiutat Sayrus. cap. 1. num. 8.

Rufus interdictum quocumque sit nunquam relaxandum est, quin principalis delinquens satisfactionem offerat, illa vero oblatum statim relaxari debet. Quid si consiliani & factores satisfactionem offerant, admittenda est, & penitentia eis debet inungiri, interdictum tamen non est relaxandum principali delinquente in sua contumacia perleucatur. Sicuti tradit Paludan. in 4. d. 18. q. 8. art. 4. princip. 5. quantum ad decimum nonum Syllvest. verbo interdictum 3. q. 9. num. 1. Henric. lib. 13. c. 3. n. 4. Sayrus alios referens lib. 5. thes. c. 1. 5. Aula. 5. p. disp. 6. dub. 5. conclus. 5.

Forma relaxandi interdictum nulla est determinata, sicut non neque in suspensiōne, sed illa sufficiat quae voluntate voluntatis exprimat. Nam licet Pontifex sola voluntate efficaciam censura tollere possit, id tamen nunquam praeferat, neque expeditis est, quia dum de talia voluntate censurato non constat, reputare se debet censura ligatum. Inferiores vero Praetoriani nullatenus efficaciam censure tollere sua voluntate pollunt. Argum. cap. 1. de regulis, quia iure communis statum est quamlibet censuram auferendam absolutione est, quod ius nullus alius à Pontifice mutare potest. Sicuti hec tradunt alii relationes Sayrus lib. 5. thes. cap. 1. 5. num. 6. Bonac. disp. 5. pun. vlt. in fine. Aula disp. 6. de interdicto dub. 6. Caremonie aliquæ & solemnitez in huius censura absolucionis nullæ sunt praescriptæ. Solutum iuramentum de non committendo amplius praedictum de ilium, ob cuius causam interdictum latum est, communis docet sententia, teste Sayro lib. 5. thes. c. 1. 5. in fine. Iunctis ipsis que tradit lib. 4. c. 17. à nn. 10. Arg. c. super eo el. 2. & c. venerabilis de sentent. excommunicat. Verum est hoc iuramentum exigere expediens sicut maxime cum dei claram graue est, non tamen exultime necessarium, sed præstatia satisfactione reali: si fieri potest, si minus, cautione defatigatio edo data absolutione ab illo iuramento cedet poterit; quia iuramentum illud pro sola absolutione ab excommunicatione inungitur, non pro aliatarum censuram absolutione. Sicuti tradit Suar. disp. 3. seq. 3. n. 1. Cap. 1. 5.